



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

Cap. XXXIX. An aliquis possit ubique & quidem extra Territorium privilegio suo uti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

Nam hæc clausula tollit subreptionem.

Contrarium tamen docent Alii, si, per falsa narrata, tale etiam Privilegium, obtentum Motu proprio fuerit, quod est probabile. quia in tali casu, censetur defuisse consensus Superioris. Aliud esset si nihil veritati contrarium, fuisset narratum, sed Superior id proprio motu dedisset. Ita distinguit Suarez loco cit. cap. 12.

### C A P U T XXXIX.

*An Aliquis possit ubique, & quidem extra Territorium Privilegio suo uti?*

PRivilegium à Papa concessum, simpliciter, & sine determinatione ad certum locum, ubique valet, nisi aliud constet de mente concedentis. quiā in LEGIBVS indefinita locutio, æquivalet Universali, juxta Axioma Juristarum. Si vero Privilegium, ex parte materiæ & objecti, ponit determinatum locum, pro illo solo potest valere; tenor enim Privilegii servandus est, nec habet efficaciam, nisi ex mente Concedentis.

Inferiores vero Prælati, Episcopi, aut Principes, in his nil possunt, extra Territorium, vel dioecesin, si in his aliquid sit prohibitum, per simile particulare statutum illius loci. Ita Suarez. lib. 8. hic cap. 28. n. 7.

M 4

Potest

Potest tamen Aliquis Privilegio sibi, à suo Episcopo, vel prælato concessio, licite uti, in alieno Territorio, quando actus est de se in- differens, & neque Jure communi, neque Particulari, talis loci est prohibitus, nec pendens, à speciali licentia talis Superioris. Sic habens Privilegium eligendi Confessarium, potest illo ubique uti. cap. de Pœnit. dist. 6. & tradit Navarrus. Sic etiam legitime dispensatum de comedendis Lacti- ciis, in diebus prohibitis. Posse illo Priva- legio extra Territorium uti, probabile esse, docet Suarez loco cit. num. 15..

## C A P U T X L.

*Qualiter Privilégium, quo ad suos efficit,  
sit interpretandum?*

PRIVILEGIUM, quatenus est purum Benefi- cium, est ample interpretandum; quantum recta ratio & prudentia permittit, cap. olim de verb. Signif. & L. cum quædam ff. de Liber & Post, & ita tenent omnes Canonistæ.

Privilégium vero derogans Juri communi, regulariter est reputandum odiosum, in ordine, ad interpretationem, & ita potius est restringendum. Ita Bartolus, Navarrus, San- chez, Sylvester, & Alii, patetque ex Reg. Juris

in 6  
ribu  
pius  
dus f  
com  
Cler  
amp  
ext  
locu  
Abba  
Pr  
Pers  
situt  
string  
men  
expr  
tip. L  
cari c  
serva  
siula  
Va  
prop  
extra  
dium  
coga  
tis ra  
vileg  
lisen